



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Cl. Viri Valerii Andreae Desselii In Academia Lovaniensi  
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Coloniae, 1697**

III. De clandestina desponsatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62934)

*c. de illis  
9. eod.*

contractum esse matrimonium, licet nondum fuerint puberes, sed proximi puberati ma'itia supplente aetatem, sed & interdum ob bonum pacis, & ubi agitur magnum Reipubl. commodum, permitti potest, ut etiam impuberes eo casu jungantur quia salus Reipubl. suprema lex est.

*c. ult. eod.*

De clandestina desponsatione.

TIT. III.

*Matrimonium quod & quando clam  
contrahi dicitur?*

*e. 3. h. r.*

**Q**uod contrahitur absque testibus, quibus aut minimum duobus, ac Parocho, vel alio Sacerdote cui Pastor hoc munus demandavit, & non facta publicè in Ecclesia parœciali trina denuntiatione, inter quos sit contrahendum matrimonium, ut, si qui matrimonio aliquid objectum velint, interim compareant & objiciant.

*Matrimonium ita contractum  
an ipso jure nullum?*

*c. 1. & 2.  
h. r.*

Non; jure utriusque Canonico seu Decretalium, Nam eo Jure matrimonia clandestina.



clandestina, libero consensu contra-  
hentium celebrata, erunt rata & firma.  
Multa siquidem prohibentur fieri, quae  
tamen facta tenent, nec sunt rescinden-  
da. Dixi, jure Canonico; quia novissimè  
Conc. Trid. decrevit, ut aliter, quam  
praesente Parocho, vel alio sacerdote,  
de ipsius Parochi vel ordinarii licentia,  
& duobus vel tribus testibus, contracto  
matrimonio a&us ejusmodi esset nul-  
lus & irritus.

Sess. 24.  
n. reform  
matrim.  
c. 1 c. 16.  
qui ali-  
ter.

De Sponsa duorum.

TIT. IV.

*Licetne sponsalia contrahere  
cum duabus?*

**N**ullo modo: v. g. qui sponsalia  
contraxit cum una & deinde cum  
alia, tenetur adherere primæ, quia non  
licet fidem fallere. c. 1. h. t.

*Quid si cum una contraxerit sponsalia de  
futuro, & cum alia de presenti vel  
cum utraque de pra-  
senti?*

Quamvis hoc faciendo graviter pec-  
cet, debet nihilominus illi adherere,  
cum